

## Carmē de vita solitaria

xcviij

**D**isperfit dñs vana de sede superbos  
Mēte sui cordis vita nec apta manet  
Turbis curarum lacerata vocatur. ⁊ est par  
Pulueribus turbo quos violentus agit  
Sede sedet nulla stabili nec ouenit vlli  
Dissidet et secū turbida mens hominis  
Vita quid prauoz que nō solitaria q̄uis  
Desertis heremi sit relegata locis?  
Milib⁹ hec si sit hominū circūdata turbis  
Nunq̄ ciuilis nec socialis erit  
Mens humilis simplex et solitaria secū  
Petre nixa manet cōcomitante deo  
Sola ciuilis socialis et ē vbiq̄ locetur  
Dissidet hec nulli. ouenit ipsa sibi  
Sola quidē minime cui virtus sit comes  
Sit licet extremis finib⁹ acta maris  
Sola tamē secū nūq̄ se deserit. et si  
Mule⁹ ei popul⁹ cingat vtrūq̄ latus  
Est vicina deo quē iugiter aspicit. ē spes  
Ancora ne fluiter secura serena suauis  
Pulcra videns finī cōsociato suo  
Conscia secreti diuini sicut amica  
Sicut dilecti sponsa. colūba. soror  
Has dat theozice laudes sapiētia vite  
Solitarius est solus amicus ei  
Nec solus tñ est q̄uis locus ⁊ man⁹ et pes  
Os q̄ vacent animus omnibus obsequit  
Proficit hic ⁊ nūc verū scrutando salubre  
Orat sribit que posteritas relegat  
Nulla licet scribat nil p̄scet ore porat  
Morib⁹ exemplis voce loquēs operum  
Est solitudo p̄ciosum crede talentū  
Terrenis caueas dū datur infodere  
Posse vacare sibi nō videre parua gratia  
Quāsuauis domin⁹ gratus eo fruire  
Martha sit intēdens multis. sinat ipse sororē  
Vt parte sua vult iesus hoc fieri  
Scisima nec interfit mēbris ocul⁹ q̄ tenellus  
Non culpetur agat si manuale nihil  
Magna domus nec formis vtitur hisdem

## **Carmen de vita solitaria**

Non per officium fors sua cuiq; sat est  
Sunt tot in actiua pede qui se precipiti dant  
Theorice paucos q̄so vacare velint. **T**ra ē  
Sint fortes gladios teneāt salomōis. ad in  
Lectulus ob sp̄sum sp̄sa quiescat ibi  
Filia clausa domi maneat mater famule  
Ac vir in arma ruat ditior ex spolijs  
Solut nō pugnat h̄ pro pugnātib' orat  
Hos nō dedignans actio quos tribulat  
Ocia nō laudi tribuit nec obinde supbit  
Se catulo segni iudicat esse parem  
Et tamē impetrare potest dilectio q̄ non  
Aut labor aut meritū se cruciantis habet  
Suevit amicicie videt regula ius dare qd  
Cōcedit meritū iusticie q̄ vigor. **C**nō  
Ambo parē referūt p̄dam tentoria seruās  
Miles et hostiles exuperans acies  
Est equidē felix est solitudo beata  
Si simplex nec iners fructificet vigeat  
Si trahit affectū rō si sensus q̄ actus  
Nō discordet et est gloria vana procul  
Rumores fugiat dicēs sibi clausē qd ad te  
Factorum ratio sit tibi velle dei  
Solitudo nocet assit si sollicitudo  
Curarū interior cor lacerans miserū  
Cor grauat ebrietas cor crapula cura q̄  
Sol' ab hoc triplici peste perire potest  
Sunt qui delicias reputāt sub sentibus esse  
Sub curis quibus est irrequieta quies  
Parcit eis domin' sibi se cōmittere solus  
Atq; ministerio collocat ipse suo  
Nūc alios q̄s scit pro vita quolibz aptos  
Nūc has nūc illas vult variare vices  
Optima pars hec est hec robustissima felix  
Gaude cui domin' p̄stat vtraq; frui  
Alteri' vti gaudet natura nec vno  
Corp' iners studio iugiter esse finit  
Vita beata venit cui soli sufficit vnū  
Sola vacat soli socialis ouat

**E**xPLICIT carmen de vita solitaria.